

ordine uicis sue ante dñm. secundum con-  
suetudinem sacerdoti sorte exiit. ut in-  
censum poneret. Ingresso in templum  
dñi. & omnis multitudo erat ppli orans.  
foris hora incensi. apparuit illi angelus  
dñi. stans adextris altaris incensi. **E**t Za-  
charias turbatus est uidens. & tremor irru-  
it super eum. **A**it autē ad illum angelus. **N**e ti-  
meas Zacharia. quō exaudita est deprecā-  
tio tua. **E**t uxor tua helysabeth pariet  
tibi filium. & uocabis nomen eius iohan-  
nem. **E**t erit gaudium tibi & exultatio.  
& multi in natiuitate eius gaudebunt.  
**E**rit enim magnus coram dño. & uinum  
& syceeram non bibet. & spū scō replebitur  
adhuc ex utero matris sue. & multos filioꝝ  
israhel conuertet ad dñm dñm ipsorum.  
**E**t ipse p̄cedet ante illum in spū & uirtute  
helyae. ut conuertat corda patrū in filios.